





1
6
76









ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟ-
ΦΙΣΤΟΥ͂ ΠΑΡΑΣΚΕΥῊ ΕἸΣ ΤΟῪΣ ΤΟΥ͂
Δημοσθένους λόγους, οἷ ἡ συνοπτικῶς καὶ τοῦ
αὐτοῦ βίος παρέχεται.

Libanij Sophistæ
PRAEPARATIO IN DEMOSTHE-
*nis orationes, in qua etiam eiusdem vita
paucis exhibetur: Latinè versa
per Renatum Guillo-
nium.*



PARISIIS.
Ex *officina Christiani wecheli, sub scuto Basiliensi,
in vico* Iacobæo *: & sub* Pegaso, *in vico
Bellouacensi.* M. D. XLIII.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ, ΠΡΟΣ ἈΝΘΥΠΑΤΟΝ ΜΟΝΤΙΟΝ,

ἀξιώσαντα αὐτὸν γράψαι οἱ, τόν τε Δημοσθένους βίον, καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν τῶν λόγων αὐτοῦ ὑποθέσεις.



πειδὴ κράτιστε ἀνθυπάτων Μόντιε, κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Ἀστεροπαῖον περιδέξιος τὰ εἰς λόγους ὤν, πρωτεύεις μὲν ἐν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ τῆς παρ' ἐκείνοις παιδείας ὁμολογουμένως τὸ πρεσβεῖον ἀνῄρησαι, ἀμελεῖς δὲ οὐδὲ τῆς Ἑλληνικῆς, ἅτε καὶ ἐν αὐτῇ διὰ τὸ τῆς φύσεως μέγεθος ὑπερέχειν δυνάμενος, ἀλλά περί τε τοὺς ἄλλους διατρίβεις, καὶ περὶ τὸν πλεῶτατον τῶν Ἑλληνικῶν ῥητόρων τὸν Δημοσθένην, καὶ δὴ καὶ ἡμᾶς ἠβουλήθης τὰς ὑποθέσεις τῶν τούτου λόγων ἀναγράψασθαί σοι, δεχόμεθα μὲν ἄσμενοι τὸ πρόσταγμα. ἴσμεν γὰρ ὅτι, πλείω τιμὴν, ἢ πόνον ἔχει. Ἀρξόμεθα δὲ τοῦ συντάγματος ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ ῥήτορος, οὐχ ὅλον αὐτὸν διεξιόντες. περιττὸν γὰρ τοῦτο. ἀλλὰ τοσοῦτον μνημονεύσαντες ὅσα δοκεῖ καὶ πρὸς κατάληψιν ἀκριβεστέραν τῶν λόγων συντελεῖν.

Δημοσθένει τοίνυν τῷ ῥήτορι, πατὴρ ἦν Δημοσθένης. ἀνεπίληπτος τῷ γένει δοκῶν ὡς καὶ Αἰσχίνης ἐχθρὸς ὢν μαρτυρεῖ. εἴρηται γοῦν οὕτως αὐτοῖς ῥήμασι. τούτῳ, πατὴρ ἦν Δημοσθένης ὁ παιανιεὺς, ἀνὴρ ἐλεύθερος. οὐ γὰρ δεῖ ψεύσασθαι. ἐργαστήριον δὲ οἰκετῶν μαχαιροποιῶν κεκτημένος, ἐντεῦθεν τὴν τοῦ μαχαιροποιοῦ κλῆσιν ἔλαβε. τὸ μέντοι μητρῷον γένος τοῦ ῥήτορος, οὐκ ἦν ὥς φασι καθαρῶς ἀττικόν. Γύλωνος τοῦ πάππου τοῦ Δημοσθένους φυγόντος μὲν ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ προδοσίας ἐγκλήματι, οἰκήσαντος δὲ περὶ τὸν Πόντον, κἀκεῖ γυναῖκα ἀγο-

μένου

μένου σκύθην τὸ γένος, ἐξ ἧς ἦν τοῦ δημοσθένους ἡ μήτηρ κλεοβούλη. εἰς τοῦτο γοῦν ἄλλοι τε λελοιδορήκασι, καὶ αἰσχίνης, εἰπὼν ὡς ἄρα εἴη σκύθης βάρβαρος, ἑλληνίζων τῇ φωνῇ. περὶ μὲν τοῦ γένους αὐτοῦ, τοσαῦτα εἰρήσθω. ὀρφανὸς δὲ καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς κομιδῇ νέος, ἦν μὲν ὥς φασιν ἀσθενὴς τῷ σώματι καὶ νοσώδης. ὥς τε μὴ δὲ εἰς παλαίστραν φοιτῆσαι καθάπερ πάντες οἱ τῶν ἀθηναίων παῖδες εἰώθεισαν. ὅθεν καὶ αἰδεσθεὶς, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν εἰς μαλακίαν ἐσκώπτετο. καὶ βάταλος ἐπωνυμίαν ἔσχεν. ἱστόρηται γάρ τινα βάταλον ἐφέσιον αὐλητὴν γενέσθαι. ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο, καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμάλθαξεν. ἀπὸ τούτου δὲ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους, βαττάλους ἐκάλουν. λέγεται δὲ τὴν πολλὴν καὶ σφοδρὰν ἐπὶ λόγους ὁρμὴν τὸν δημοσθένην ἐντεῦθεν σχεῖν. καλλίστρατος ἦν ἀθηναῖος ῥήτωρ ἄδοξος. οὗτος ἔμελλε δημοσίαν τινὰ δίκην ἀγωνίζεσθαι, φασὶν οἶμαι τὴν περὶ ὠρωποῦ. ὁ τοίνυν δημοσθένης παῖς ὢν, ἐδεῖτο τοῦ ἐφεστῶτος οἰκέτου συγχωρῆσαι παραβαλεῖν αὐτῷ τῇ δίκῃ. καὶ ὃς ἐπέτρεψεν. ἀκούσας δὲ, οὕτω διετέθη, ὥς τε ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας, πάντα πάρεργα πρὸς τοὺς λόγους θέσθαι. διδασκάλῳ γε χρησάμενος ἰσαίῳ μάλα δεινῷ ῥήτορι. εἰς ἄνδρας ἐγγραφεὶς, εὐθὺς ἀγῶνα κατὰ τῶν ἐπιτρόπων ἐνεστήσατο, κακῶς διῳκηκότων τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. καὶ εἷλε μὲν αὐτούς. οὐ μὴν ἠδυνήθη πάντα ἀπολαβεῖν ὅσα ἀπολώλεκε. τοὺς δὲ λόγους τοὺς ἐπιτροπικοὺς, εἰσὶν οἳ φασιν ἰσαίου καὶ οὐ δημοσθένους εἶναι, διὰ τὴν ἡλικίαν τοῦ ῥήτορος ἀπιστοῦντες. ὀκτωκαίδεκα γὰρ ἐτῶν ἦν, ὅτε πρὸς τούτους ἠγωνίζετο. καὶ ὅτι δοκοῦσιν οἱ λόγοι τὸ τοῦ ἰσαίου πως ἐπιφαίνειν εἶδος. ἕτεροι δὲ νομίζουσι, συντετάχθαι μὲν ὑπὸ δημοσθένους· διορθοῦσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἰσαίου. οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ ὁ δημοσθένης ἠδύνατο μὲν καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡλικίας συγγράφειν τοιούτους λόγους. ἡ

γὰρ ὕστερον ὑπεροχὴ καὶ τοῦτο πιστοῦται. ἀλλὰ δὲ νεαρᾶς ἔτι τῆς ἀσκήσεως τῆς ὑπὸ διδασκάλῳ, τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα πολλαχῆ μεμίμηται. μετὰ μέντοι τούτους τοὺς ἀγῶνας βραχὺ τῇ ἡλικίᾳ προελθών, τὸ πολιτεύειν ἐνεχείρησεν. εἶτα ἀπαλλαγεὶς τούτου συνηγόρησεν ἐν δικαστηρίῳ. τούτοις δὲ ὥσπερ γυμνασίοις χρησάμενος, ἐπὶ τὸ δημαγωγεῖν καὶ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἦλθεν. ἔτι κἀκείνων μνημονευτέον, ὅτι τραυλὸς μὲν ἦν τὴν γλῶτταν ἐκ φύσεως· τὸ δὲ πνεῦμα ἀτονώτερος. ἐξ ὧν ἀμφοτέρων συνέβαινε φαυλοτάτην αὐτὸν τὴν ὑπόκρισιν παρεχόμενον, οὐκ εὐδοκιμεῖν τὸ κατ᾽ ἀρχὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις. διὸ καὶ πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα τί ἐστι ῥητορική, ἀπεκρίνατο ὅτι ὑπόκρισις. δυσχεραίνων ὅτι διὰ ταύτην τῶν χειρόνων ἥττων ἐφαίνετο. ἀλλὰ καὶ ταῦτα μελέτῃ κατώρθωσε, καὶ ὅσα ἄλλα αὐτῷ πρὸς δημαγωγίαν ὑπῆν ἐλαττώματα. καὶ γὰρ δειλὸς ἦν τὸ πρῶτον πρὸς τοὺς τοῦ δήμου θορύβους καὶ εὐκατάπληκτος, ὥστε εὐθὺς ἐξίστασθαι. διὰ δὲ τοῦτό φασιν αὐτὸν ἄνεμον ῥαγδαῖον τηροῦντα καὶ κινοῦντα σφοδρῶς τὴν θάλατταν, παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς βαδίζοντα λέγειν. καὶ τῷ τῆς θαλάττης ἤχῳ συνεθίζεσθαι φέρειν τὰς τοῦ δήμου καταβοάς. μνημονεύονται δὲ αὐτοῦ, καὶ οἰκήσεις κατάγειοι, καὶ ξυρήσεις ἀπρεπεῖς, ἵνα δι᾽ αἰσχύνην μὴ προΐοιτο τοῦ τῆς οἰκίας δωματίου. καὶ ὡς οὐδὲ τὰς νύκτας ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διεπονεῖτο πρὸς φῶς περὶ λόγους. ὅθεν καὶ Πυθέας σκώπτων, ἔφη τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνων ὄζειν. πρὸς ὅν ὁ Δημοσθένης ἀστείως ἅμα καὶ πικρῶς, οἶδα εἶπεν ὅτι σε λυπῶ λύχνον καίων. διεβέβλητο γὰρ ὡς λωποδυτῶν νύκτωρ ὁ Πυθέας. καὶ μὴν ὅτι τε ὕδωρ ἐπετήδευε πίνειν ἵνα ἐγρηγορυῖαν μᾶλλον παρέχηται τὴν διάνοιαν, ἅπασιν ὡμολόγηται. παρειλήφαμεν δὲ κἀκεῖνο ὡς καὶ ξίφος ποτὲ ἐκ τῆς ὀροφῆς ἀπήρτησε. καὶ ἱστάμενος ὑπὸ τοῦτο, ἔλεγεν. ἐποίει δὲ τοῦτο δι᾽ αἰτίαν τοιαύτην. ἐν τῷ λέγειν, ἀπρεπῶς τὸν ὦμον εἰώθει κινεῖν,

ὑπερε-

ὑπερεκρέμασεν οὕτω τοῦ ὤμου τὸ ξίφος ἐν χρῷ, καὶ οὕτω τῷ δέει τῆς πληγῆς, ἐδυνήθη καταχεῖν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦ πρέποντος σχήματος. ἀναγκαῖον δὲ διηγήσασθαι καὶ ὅπως εἶχε τὰ τῶν ἀθηναίων πράγματα, ὅτε εἰς τὸ δημαγωγεῖν ἦλθε δημοσθένης. θηβαῖοι λακεδαιμονίους ἄρχοντας τῶν ἑλλήνων καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας ἐν λεύκτροις τῆς βοιωτίας μάχῃ νικήσαντες αὐτοὺς, παρῆλθον εἰς ἰσχύν. καὶ μετ' ὀλίγον πρὸς φωκέας πόλεμον ἐξήνεγκαν. ἦσαν δὲ οἱ φωκεῖς, ἔθνος ὅμορον τῇ εὐβοίᾳ, πόλεις ἔχον δύο καὶ εἴκοσιν. οὗτοι δὲ καταλαβόντες τὸν τοῦ πυθίου ναὸν πλησίον ὄντα, ἐσύλησαν. ἀνθ' ὅτου καὶ οἱ θηβαῖοι πόλεμον ἐξήνεγκαν πρὸς αὐτούς. ἐπολέμουν δὲ καὶ ἀθηναῖοι, τὸν συμμαχικὸν κληθέντα πόλεμον. χῖοι γὰρ καὶ ῥόδιοι, καὶ βυζάντιοι πάλαι ποτὲ ὄντες ὑπήκοοι ἀθηναίων, τότε μετ' ἀλλήλων συστάντες καὶ συμμαχίαν ποιησάμενοι, πρὸς αὐτοὺς ἐπολέμουν. καὶ οὕτω μὲν ἡ ἑλλὰς εἰς πολλὰ μέρη διῄρητο. ἀθηναίων πολεμούντων πρὸς τοὺς προειρημένους, καὶ θηβαίων πρὸς φωκέας, λακεδαιμονίων πρὸς πελοποννησίους. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν, φίλιππος ὁ ἀμύντου παῖς εἰς τὴν μακεδόνων βασιλείαν παρῆλθεν. ἀμύντᾳ γὰρ τῷ μακεδονίας βασιλεῖ, τρεῖς ἐγένοντο παῖδες ἐξ εὐρυδίκης τῆς ἰλλυρίδος· ἀλέξανδρος, περδίκκας, φίλιππος. τούτων ὁ μὲν πρεσβύτερος ἀλέξανδρος δολοφονηθεὶς, ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ περδίκκας, πρὸς ἰλλυριοὺς μαχόμενος· φίλιππος δὲ ὁ νεώτατος, ἐτύγχανε μὲν ἐν θήβαις ὁμηρεύων. ὡς δὲ ἐπύθετο τὸν περδίκκου θάνατον, ὑπεξελθὼν λάθρᾳ, καὶ ὀξέως εἰς μακεδονίαν ἀφικόμενος, κατέσχε τὴν ἀρχήν. ἀθηναῖοι δὲ ἕτερόν τινα γένους μὲν ὄντα τοῦ βασιλικοῦ, φυγάδα δὲ ἐκ μακεδονίας, ἐπὶ βασιλείαν κατῆγον μετὰ πολλοῦ πλήθους στρατιωτῶν. τούτοις ὁ φίλιππος ἐπιθέμενος, ἐνίκησε μάχῃ. καὶ ὅσους συνέλαβεν αἰχμαλώτους τῶν ἀθηναίων, ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων, οὐ κατ' εὔνοιαν τῆς πόλεως. οὐδὲ δι'

ἐπι-

ἐπιεικείᾳ τρόπου.

Τῆς ῥητορικῆς μέρη τρία, ἐπιδεικτικὸν, συμβουλευτικὸν, καὶ δικανικόν. τοῖν μὲν δυοῖν, ἄκρος ἀγωνιστὴς γέγονε, τοῦ τε δικανικοῦ καὶ συμβουλευτικοῦ. ἐπιδεικτικοὺς δὲ οὐκ ἔχομεν αὐτοῦ λόγους. τοὺς γὰρ φερομένους, οὐ πιστευτέον εἶναι δημοσθένους, τὸν ἐπιτάφιον καὶ τὸν ἐρωτικόν. πολὺ γάρ τι τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἀπολείπονται. καὶ οὐχ ἡμετέραν γνώμην λέγομεν, ἀλλὰ καὶ διονυσίῳ τῷ ἁλικαρνασεῖ τοῦτο συνδοκεῖ. ὅτι μὲν γὰρ εἶπεν ἐπιτάφιον λόγον δημοσθένης, ὁμολόγηται, ἐν μὴν τοῦτον εἰκὸς εἶναι τὸν ὑπ' ἐκείνου ῥηθέντα, πάνυ φαύλως καὶ ἀσθενῶς ἔχοντα. τῶν δὲ συμβουλευτικῶν αὐτοῦ λόγων, οἱ μὲν, αὐτὸ τοῦτο ἔχουσιν ἐπίγραμμα συμβουλευτικοί· οἱ δὲ, οὐδὲν μὲν ἧττόν εἰσι συμβουλευτικοί. φιλιππικοὶ δὲ οἵδε ἐπιγράφονται, ἐκ τοῦ περὶ τῶν πραγμάτων εἰρῆσθαι τὴν κλῆσιν λαχόντες. καὶ τῶν φιλιππικῶν ἕκαστος, ἰδίαν τινὰ ἐπιγραφὴν ἔχει κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἑκάστων ἰδιότητα.

Petro Pyladi vir-
GINVM SALICTANARVM AD-
miniſtratori, Renatus Guillonius Salutẽ dicit.


ON immeritò carmen illud diuiniſſimũ cecinit Euripides, Pylades amicíſsime, ὅτι, τὸν τῇ φύσει οἰκεῖον, οὐδεὶς καιρὸς ἀλλότριον ποιεῖ. Fieri enim non poteſt, vt quem alicui conciliauit & coniunxit natura, is vllo tempore alienus fieri, ab eóque abduci poſsit. Proinde Oreſtem pro officio me in præſentia præſtare oportet apud te, qui nullo non tempore poſt coniunctam inter nos amicitiam, mihi nec dubiè Pylades fuiſti. Curandum quidem certè mihi eſt, ne ſtet per me, quominùs in nobis par amicorum repullulet. Quid dico, repullulet? imò verò perduret & conſeruetur. Id quod profectò continget, ſi modò illud Xenophontis identidem libeat in memoriã reuocare. Nempe amicos aliquo modo ita inter ſe habere, vt oculi, manus, pedes in corpore humano, qui ſi animę & mentis per ſe compotes eſſent, reliquas partes propter intercedẽtem ipſis communionem omni ſtudio curarẽt, quæ profectò functionem ſuam citra præſentiam aliarũ partium rectè adminiſtrare non poſſũt. Sic nos qui homines ſumus, & animam habere nos fatemur, omnibus viribus anniti debemus, vt ami

cis

cis commodè ac decẽter vtamur. Nam oculi se inuicem spectant, præ sẽns præsentẽ iuuat, manus præsenti manui subuenit. Et cùm amici ad mutuum auxilium compositi magis q̃ corporũ partes, esse videantur, cúmq; amicorum mutua opera multò latiùs pateat, q̃ in illa membrorum corporis symmetria, illam intermori amicitiam pateremur? Cùm illa nos amicitia eò ꝑtrahat, vt quãuis magno loci interuallo disiuncti, communia negocia peragamus, & commoda inuicem sedulò promoueamus, licet in præsentia lõgissimo interstitio separemur. Quę mecum oĩa altiùs recogitans, perbellè mihi meo defunctus esse videar officio, si hunc libellũ Libanii, hisce diebus latinitate à me donatum, μνημόσυνον siue pignus amicitiæ nostræ tibi nuncupauero. Id quod fecerim, nõ audaciùs dico, sed studiosiùs, qꝫ literarũ tum Gręcarum tum Hebraicarũ desiderio flagrãtem videam. At si stylo humiliore, minúsq; superbo dicẽdi genere tibi vsus esse videbor, cogitabis vtiq; me id fecisse de industria, quò tu faciliùs Ciceronis vtens cõsilio, discendi cupidus ad tuam vtilitatem Latina cum Græcis coniungas. Habes in eo, in compendiũ redactã vitam Demosthenis, argumẽtum non prorsus negligendum. In quo tibi via sternitur ad eiusdem authoris Olynthiacas orationes, latinas quoq; factas à nobis in lucem propediem edendas. Si quis autem sit, qui morem antiquitùs receptum, vt quisq; ingenii & lucubrationũ

suarum

ſuarum opera,quæ in publicum exire velit,aliis nuncupet,quos & amore proſequitur , & reueretur,ceu parũ liberalem criminetur,illũ equidẽ non probauerim, cùm id nihil aliud quàm humanitatis atque amicitiæ ſymbolum illuſtre ſit, dedicare opus aliquod,cùm cæteris hominibus tum illis præcipuè,qui (vt facis) magiſtratũ gerunt : cùm eo præſertim modo viros ingenuos qui reipublicæ pręſunt,ad philoſophandum alliciamus.Docet enim Plato rempublicam optimè habere, in qua aut philoſophi regnant , aut in qua reges philoſophantur. Vale. E noſtro Guilloniano, decimo Kal.Nouẽb.

[PRAEPARATIO IN DEMOsthenis Olynthiacas orationes.]

LIBANII SOPHISTAE, AD MONtium proconsulem, cuius rogatu Libanius ipse vitam scripsit Demosthenis, inque omnes eiusdem orationes argumenta: Renato Guillonio interprete.



Voniam Monti proconsulum præstãtissime, iuxta illum Homericũ ambidexterũ, cùm ipse sis in dicẽdo ambidexter, primas quidem tenes inter eos, qui Romanæ linguæ nitore ac facundia sunt insignes, & in Latinorũ doctrina, consensu omnium, ius primigenij obtines, atque adeò omnem superas antiquitatem. Nec verò naturâ veluti negligenti abhorres à linguæ Græcæ cognitione, vt qui & in ea ingenij tui magnitudine aliis præpollere queas. Quippe cùm in aliorum scripta studiosè incumbas, neque non Græcorum oratorum eminentissimo Demosthenj operam dare non dubitas: quinetiam voluisti nos tibi scribere argumenta orationum eius singularum. Quem autem nobis iniungere laborem dignatus es, lubentes suscepimus. Non enim nos latet negocium plus mereri laudis, quàm habeat laboris. Auspicabimur autem institutum opus à vita ipsius oratoris: non quòd eam totam percurrere sit in animo, foret enim id superuacaneum, sed ea duntaxat commemorare, quæ ad certiorem cognitionem intellectúmque orationum eius conducere videantur.

Initium à vita Oratoris.

Demo-

Demosthenes igitur orator patrem habuit Demosthenē, qui genere inculpato vir esse credebatur, quēadmodùm Aeschines quoque (quanquàm hostis erat) testatur. Hunc siquidem in modum habent Aeschinis verba de Demosthene loquentis: huic pater erat Demosthenes Pæanensis vir ingenuus, indecorum enim est mentiri. Sed cùm ille seruorum officinam haberet, qui fabricam gladiariam exercerent, hinc fabri gladiarij nomen est consequutus. Oratoris tamen genus maternum erat, vt fama est, non verè atticum. Gylo Demosthenis auus Athenis exactus, exilióque mulctatus, proditionis reus, cùm Pontum inhabitasset, illic quoq; vxorem duxit genere Scythicam, ex qua ortum duxit Cleobula Demosthenis mater. Eousq; quippe Demosthenem conuicijs sunt consectati, cùm alij, tum Aeschines: qui nec dubiè dicere non dubitaret, Demosthenem Scytham esse barbarum linguæ Græcæ peritum. Sed de genere quidem eius hæc sint satis. Apprimè porrò iuuenis, orbus patre relictus est. Erat quidē (vt aiūt) imbecillo corpore, atque valetudinario, ita vt non adiret palæstram, sicuti consueuerant omnes liberi Atheniensium. Vnde cùm in virum euasisset, ab inimicis scōmatibus perstringebatur, quòd mollis esset: ob idque Battalus est cognominatus. Proditur memoriæ, Battalum quendam Ephesium tibicinem mollem & euiratū fuisse, qui primus calceis muliebribus est vsus in scena, nigrísque deductoribus. In summa emolliuit artē. Exinde verò dissolutos & emasculatos, Battalos vocarunt. Circunfertur autem Demosthenem hinc magnū & vehementem ad dicendum habuisse impetum. Cal-

Pater Demosthenis.

Genus maternum Demosth.

Cleobula mater Demosthenis.

listratus fuit Atheniensis orator insignis. Futurũ autẽ erat, vt publicam ille actionem intẽderet. aiunt, ni fallor, de Oropo. Itaq; Demosthenes qui puer adhuc erat, indigebat famulo sibi alioqui præfecto, qui illum sisteret, & per quem liceret Demostheni propiùs ad causam audiendam accedere. Is verò sua indulgentia rem Demosthenis arbitrio permisit. Audita Callistrati oratione, vsque eò permotus est Demosthenes, vt ex illo tẽpore, succisiua quoq; omnia negocia transferret ad bonarum studia literarũ. Vsus præceptore Isæo graui admodũ oratore. Inter viros censatus & factus suæ tutelæ, litẽ aduersus tutores suos statim intendere cœpit, qui eius substantiã iniquè administrarant. & vexauit quidem illos, tormentísq; veritatem fateri tandem coëgit. Nec tamen potuit omnia sibi erepta recuperare. Nec porrò desunt qui asserãt, orationes de tutelis esse Isæi, non autẽ Demosthenis: fidem derogãtes ob tenellã ætatem ipsius oratoris. Siquidẽ natus erat annos octodecim, quando iudicio cum illis decernebat. Neq; non styli præ se ferre speciẽ Isaici ꝙ videantur, Isæi esse subodorantur. Aliorum porrò de eisdẽ alia est opinio, illas nec dubiè cõpositas fuisse à Demosthene, sed ab Isæo castigatas. Nihil autẽ mirum videri debet, si ea potuit ætate Demosthenes tales conscribere orationes: nam ea quam posteà in dicẽdo adeptus est, eminentia, id quoq; confirmat. In declamationibus verò, quibus iuuenis adhuc se sub Isæo præceptore exercẽs, animum excoluit, illius stylũ, vt & in alijs multis, est æmulatus. Post illas quidem certè controuersias, simul ac longiùs ætate prouectus est, dicendi artem profiteri aggressus

Oropus oppidum Eretriensium.

Professor artis dicẽdi Demosth.

aggressus est. Dein eo munere exemptus, patronum egit in foro. His autem veluti exercitationibus vsus, ad principatũ in populum gerendũ, rés q; ciuitatis administrandas venit. Adhæc, illorũ quoque mentio facienda, balbum blesáq; à natura lingua fuisse Demosthenẽ: exiliore voce, & minùs pleno spiritu. quibus vitiis duobus contigit, vt ineptißimã ipse actionẽ, quæ in dicendo vna dominatur, exhiberet, proindéque ingratus principio in dicendo foret. Quocirca rogante quodam, quidnam esset Rhetorica, respondit, actionẽ esse, grauiter ferens quòd propter ipsam deterioribus se, inferior esse videretur. At isthæc vitia exercitatione vsuq; declamandi aßiduo correxit, alióſque defectus, quicunq; ipsi oberant, quo minùs bellè concionatoris munere in moderandis reipublicæ habenis fungeretur, emendauit. Erat enim imprimis meticulosus, & populi tumultu attonitu facilis, vsque eò vt turbulentis seditionibus plebis statim cederet. Quamobrem aiunt ipsum in maris littoribus exspatiantẽ, ventorũque flatum impetuosum obseruantem, dum eo turbulẽtiùs mare agitaretur, se assuefieri sustinendis populi clamoribus, audito maris strepitu, dixisse. Domus aũt ipsius subterraneæ commemorãtur, & †capillorũ defluuia siue ad cutim abrasiones indecoræ, ita vt turpitudinis causa, è domuncula siue cubiculo ne prodiret quidem. Adde quòd ne noctu quidem dormiebat, sed elaborandis elucubrandíſque ad lucernam orationibus inuigilabat. Vnde Pytheas quoq; mordacibus eũ perstringens verbis dicebat, Demosthenis orationes olere lucernas. Cui respondens Demosthenes vrbanè simul

Patronus in foro Demosthenes. Moderator reip. Dem.

Balbus Demosth.

Meticulosus Demosth.

Domus subterraneæ Demosth.

† ἀλωπεκίαι. i. defluuia capillorũ Demost.

& acerbè: Scio, inquit, me tibi molestum esse, quòd accendam lucernam. fuerat enim à Demosthene accusatus Pytheas, quod fur esset nocturnus, seu grassator insignis. Atqui quò vigilantiorem mentem ac vegetiorẽ exhiberet orator, instituisse ipsum aquam bibere, omnibus est in confesso. A maioribus autẽ veluti per manus traditum illud quoque accepimus, Demosthenem fecisse, vt ensis è tecti laquearibus penderet, vt sub eiusdem mucrone stans declamitaret. Ea autẽ de causa id faciebat, quod inter orandum præter decorum alterum humerum motitare consueuisset. Ensis itaque pensilis eius humero cute tenus imminebat, vnde potuit se in decenti habitu continere. Necessarium verò est exponere, quo etiam modo reipublicæ Atheniensium moderandæ habenas est consequutus, quo tẽpore ad principatum in populum gerendũ peruenit Demosthenes. Cùm Thebani Lacedæmonios, qui summa rerũ Græcanicarum viribus pollentes potiebantur, in Leuctris Bœotiæ facto militari cõgressu pugna deuicissent, potentiam sunt adepti non negligendã: vnde non ita multò pòst Phocensibus bellum inferre pararũt. Erant autem Phocenses gens finitima Eubœæ, quæ duas supra viginti ciuitates habebat. Ii verò cùm Apollinis templum in propinquo excitatum occupassent, illud diripientes sacrilegio compilarunt & spoliarũt. Ob quod factum Thebani suas cohortes contra Phocẽsium impetum armauerunt. Belligerandum quoque esse visum est Atheniẽsibus bello sociali dicto. Nam Chij & Rhodij & Bizantij, qui quondam anteà parebant imperio Atheniensiũ, tum inter se inito fœdere, ac cõspiratione conflata

Abstemius Demosth.

Actio indecora Demosthenis.

Hoc loco bellum sociale positum pro bello aduersus socios gerendo.

conflata, illos bello persequebantur. Et sic Græcia in multas quidem partes ac factiones erat distracta. Atheniensibus quidem cum priùs commemoratis bellum administrantibus, Thebanis cum Phocensibus, Lacedæmonijs cum Peloponnensibus. Sub illud verò tempus ad Philippum Amyntæ filium Macedonũ regnum peruenit. Siquidem Amyntas Macedoniæ rex tres sustulit liberos ex Euridice Illyrica, Alexandrum, Perdiccam, Philippum, quorum Alexãder natu maximus dolo cæsus mortem oppetijt: Perdiccas verò cum Illyrijs pugnabat, minimúsq; natu Philippus Thebis obses erat, qui simul atque Perdiccæ fratris mortẽ resciuit, clam egressus, citatóq; cursu in Macedoniã profectus obtinuit imperiũ. Porrò Athenienses quendam alium sanguine regio satum, sed profugũ & Macedonia exactum, cum magna manu armatorum militum in regnũ deducebant. At in eos perferens impetum, atque irruens Philippus maximo deuicit prælio. Tum quotquot ex Atheniensibus cepit captiuos, non propterea quòd ciuitatem beneuolentia prosequeretur, neque quod hnmanis & mansuetis præditus esset moribus, nulla, faciendæ redemptionis nomine, pecunia numerata, remisit.

Rhetoricæ partes sunt tres, demonstratiua, deliberatiua, & iudicialis. Duabus quidẽ summus in sua arte pugnaciter certauit Demosthenes, iudiciali videlicet & deliberatiua. In genere namque demonstratiuo ab eo compositas orationes non habemus [cùm in eo genere plus sit ostentationis quàm demonstrationis.] Nam quæ sub eius nomine vulgo circũferuntur, Demosthenis

mosthenis esse, credẽdum est minimè, Funebrem scilicet, & de amoribus: siquidem ab illius vehementia lõgißimè absunt. Nec ea de re nostram ferimus sententiam: sed eam quæ placuit Dyonisio Alicarnasseo referimus. Nam quòd feralem habuerit orationem Demosthenes, omnes pro confesso habent. Non tamen eam fit mihi verisimile habitam fuisse ab illo adeò tenuem & inualidam. Inter deliberatiuas autem ipsius orationes, aliæ quidem hanc habent inscriptionem, vt deliberatiuæ dicantur: aliæ verò nihil minùs quàm sunt deliberatiuæ. Philippicæ autem orationes sic inscribũtur, appellationem sortitæ, quòd scriptæ sint & habitæ de rebus gestis Philippi. Et Philippicarũ quælibet propriã quandam ex rerum singularũ proprietate inscriptionem habet.

Vitæ Demosthenis Finis.

Pag. 7. versu 7. pro παιδῶ lege παδῶ, vt metri ratio constet. Notabis pag. 11. ver. 27. pro nigrisq; deductoribus, legendum, membrísque solutis.